§. IV.

Quoniam vero de Communi Patriæ Dignitates et honores debent esse utriusque Ritui communes, quo circa Archiepus Kiovien, nunc et pro tempore existens cum quatuor sui Ritus Episcopis Luceorien, Leopolien, Premislien, et Chelmen, et quinto ex magno Ducatu Lithuaniæ Micislaviensi iuxta suum ordinem in Senatu Locum habebit, cum eadem prærogativa et libero votis usu, cum qua in Senatu residen Illmi Spirituales Ritus Romani. Locus tamen Archiepo Kiovien post Archiepum Leopolien, Epis autem Græcis post Episcopos suorum districtuum assignatur.

§. V.

In Palatinatu Kioviensi Senatoriæ Dignitatis nemini conferantur præter Equites Ritus Græci capacibus earum. Iam vero in Palatinatibus Braslavien, Czernicovien eædem Senatoriæ Dignitates alternatim conferentur, ita ut post decessum Senatoris Ritus Græci, succedere debeat Senator Ritus Romani; In omnibus autem his tribus Palatinatibus natis, et bene possessionatis officia conferantur, salvo Iure possessorum Modernorum.

§. VI.

Quo autem mutua Charitas facilius augeatur in Civitatibus Regni et magni Ducatus Lithuaniæ, in quibus Ritus Græci Templa reperiuntur, atque Ritus Græci, ac Romani